facere sub similis summae vadio. triginta florenorum pecuniae
insuper etiam praefatus Mikita se et successores suos super omni-
bus bonis suis obligat inscriptionem pendentem ex his actis ad acta terrestria
282 praemislien. ad decursum unius anni transferre transportare simi-
lemque vel si opus fuerit meliorem recognitionem facere sub simili va-
dio triginta flor. pecun. pro quo quidem vadio seu vadiis prae-
fatus recognoscens cum suis successoribus citatus extra iurisdi-
tione sua quavis competentem recordum coram castren. capitaneali
praemislien. officio in primo citationis termino tanquam peremptorio
stare parere, vindere ac pro praefato vadio seu vadiis omnibus
exceptionibus, contraveniis, praescriptionibus, suspensionibus, in-
hibitionibus, appellationibus earumque prosequutionibus ad quietationem
dilationem ad partem vera vel simplici infirmitatibus, actione pro
maiori, bellis, conventionibus, literis regalibus, poena trium
marcarum et triplici poena regalibus quibusvis impetrationibus
tis ac aliis omnibus generis dilationibus iurisque remediis
in partem reiectis satisfacere cum suis successoribus tenebitur
Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstan. Nulla prae-
scriptione terrestri in praemissis obstan.

Kropiwniczki ter Tatumir

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus
castren. praemislien. Nobilis Andreas Kropiwniczki a iuri-
sdictione terrestri recordum suis ad praesentem castren. praemi-
slien. iurisditioni se submittens bonaque sua universa quoad
actum effectumque inscriptionis praesentis attinet incorporan. et su-
biiciendo mente et corpore sanus existens prout per expressum
recognovit. Quia Nobili Vasko Kopyvniczki Tatumir
eiusque successoribus quadraginta novem flor. pecun. com-
munis Polonicalis certi veri et liquidi debiti ex mu-
tuato [illegible] tenetur praesensque inscriptione se et successores
suos super omnibus bonis suis hereditariis et obligatis mo-
bilibus et immobilibus habitis et habendis obligat et inscri-
bit pro dominica quadragesimali Judica proxime tunc
venturi soluere aliterque circa acta praesentia castren.
praemislien. soluere exponere et relinquere, [illegible] ab of-
ficii efficientes sub vadio similis summae quadragin-
ta novem flor. pecun. in effectu summae praefatae pro die et
tempore suprascripti persolutionis per ipsum Andream Kro-
piwniczki et illius successores eid. Tatumir vel successoribus
ad soluendum irremissibiliter et de facto succumbendum. Nihilo-
minus praefatus Andreas Kropiwniczki se et successores suos
super omnibus bonis suis obligat inscriptionem pendentem ex his actis
ad acta terrestria praemislien. ad decursum unius anni transferre
transportare similemque vel si opus fuerit meliorem recognitionem

facere sub simili vadio quadraginta novem flor. pecun. pro quaqui-
dem summa principali vadioque praefatus recognoscens cum suis suc- 283
cessoribus citatus extra iurisditione sua quavis competentem recordum
coram castren. capitaneali praemislien. officio in primo citationis termino
tanquam peremptorio stare parere vindere ac pro summa praefata prin-
cipali vadioque ob non solutionem summae eiusdem succumbito ab officio decre-
to seu sub alia simili summa vadioque omnibus exceptionibus, contraveniis
praescriptionibus, suspensionibus, motionibus, appellationibus earumque pro-
sequutionibus, ad quietationem dilationem ad partem vera vel simplici infir-
mitatibus, actione pro maiori, literis regalibus, poena trium marcarum
et triplici poena regalibus quibusvis impetrationibus ac aliis omnibus
generis dilationibus iurisque remediis semotis et in partem reiectis sa-
tisfacere cum suis successoribus tenebitur quoties opus fuerit tenebitur. Nul-
la praescriptione terrestri in praemissis obstan.

Actum in Castro praemislien. feria quinta post festum
sancti Stanislai pontificis in maio proxima Anno dni mille-
13/V simo quingentesimo septuagesimo quarto Coram gnoso Victorino Ko-
walski vicecapitaneo officio et actis.

Gnoienski donat Kormaniczka

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castren. praemi-
slien. Generosus Christophorus Gnoienski olim Gnosi Christophori Gno-
ienski filius et successor legittimus a terris palatinatibus districtibus
ac curiis suis quibusvis propriis foroque competentem recordum huic ve-
ro praesenti castren. praemislien. iurisditioni se submittens bonaque sua
omnia quo ad actum effectumque inscriptionis praesentis incorporan. et subiiciendo
mente et corpore sanus existens prout per expressum recognovit. Quia
bona sua hereditaria videlicet sortes suas villae Calimanka in terra
et districtu Sandomirien. consisten. cum omni iure dominio proprietate ac
cum omnibus et singulis fructibus proventibus redditibus attinentiis per-
tinentiis utilitatibusque universis iure dominii proprietatis ac
quorumvis usufructuum et utilitatum in praedictis bonis pro se et suis
successoribus reseruan. et excipien. ita late longe circumferentialiterque
prout eorundem bonorum hereditas se in suis metis et limitibus exten-
dit et prout eadem bona solus ex successoribus suis tenuit habuit
et possidebat Gnosae Annae de Zapnie sorori suae uterinae consorti
Gnosi Jacobi Kormaniczki secundarum nuptiarum eiusque legittimis
successoribus dedit donavit inscripsit, praesensque dat donat inscribit
[illegible]que perpetuae et irrevocabilis donationis cum titulo hereditario
resignat, ac omne ius suum quodcunque ipsum in bonis praefatis vil-
lae Calimanka concernebat transfundit et incorporat perpetuo. Et
[illegible] sibi in bona praefata idem Christophorus Gnoienski dedit et admi-
sit realem introm. et actualem pacificamque possessionem per ministerium terrestrem
quemcunque sibi elegerit [illegible] per officium praesens ad id [illegible]
[illegible] in bonis praefatis [illegible] ad [illegible] acceptandum cum [illegible]
et Nobilibus [illegible] se et suos successores super omnibus bonis suis